

I. Tria in infimis viribus, humilitatem, mansuetudinem, & patientiam II. In supremis viribus, fidem, spem & charitatem. III. Inter hæc inserit duplicem modum quo Deum cum vera resignatione sequi debeamus. *a pa. 613. ad 617.*

S. LAURENTII IUSTINIANI sermo hac die habitus. I. Iudiciorum Diuinorum, atque vocationis iustorum quam sit difficilis inuestigatio, perpendit. II. B. Matthæi conuersionem miratur. III. Felicem prædicat animam, ad quam descendit Verbum, ut illam spiritali cibo reficiat, & in ea habitet. IV. Christo conuiuium mysticum parat V. B. Matthæum cunctis fidelibus conuiuium parasse ostendit. VI. Dei verbum alimentum animarum, quod nunquam corrumpitur, pulchrè describit. *Part. 2. pag. 674. & sequentibus.*

* RADVLPHI ARDENTIS homilia in Euangel. de S. Matthæo. I. Dominus videt Matthæum non solum corporeis oculis, sed misericordiæ, & præscientiæ oculis. II. Matthæus Dominum vocantem se sequitur; ideo mira vocationis efficacia, & velox vocati obedientia. III. Matthæus Domino conuiuium præparat; ut discant auditores, monitores suos suscipere, pascere, & honorare. IV. Dominum repræhédunt Pharisei quod cum peccatoribus manducet, sed iniuste. V. Dominus Phariseos de iniustâ reprehensione confutat. *à fol. 142. pag. 1. ad fol. 147 pag. 1.*

S. THOMÆ AQUINATIS sermo de Sancto Matthæo Apostolo, in Euangelium hodiernum. Tres habet partes. Prima agit de magna Domini Iesu benignitate. Secunda de B. Matthæi sanctitate. Tertia de horribili Phariseorum cecitate. Quantum ad primam Christi benignitatem cōspicit in Matthæi sanctificatione, in eius ad Apostolatū vocatione, in familiari cum eo & cum aliis publicanis commestione, in Phariseorum, confutatione, & in ipsius misericordiæ commendatione. Quantum ad secundam

A B. Matthæi sanctitatem agnoscit in omnium desertione, in veloci obedientia, in Christi imitatione, in hospitalitatis exhibitione & in peccatorum suorum manifestatione. Quantum ad tertiam, cecitatem Phariseorum notat, quia peccata sua grauia non videbant, aliorum minus grauia ludicabant: quem laudare debebant, vituperabant: vnde gaudere habebant, inuidebant, & vnde illuminari poterant, excæcabantur. *Tom. 16. Serm. festi. fol. 40.*

FESTVM S. MAVRITII
& sociorum eius Martyrum.
xxii. Septembris.

* B. ALBERTI MAGNI sermo, ad id 1. Paralip. 12. Transfugerunt ad Dauid cum lateret in deserto, viri robustissimi &c. I. Vult per Dauid intelligi Iesum Christum propter convenientiam nominis, corporis, & operis. II. Per desertum denotari Ecclesiam eius temporis, quæ ob paucitatem fidelium tunc deserta erat. III. Confugisse hos Martyres ad Iesum in Ecclesiam cum baptizati sunt: IV. Hos Martyres ex quatuor commendabiles esse. 1. quod fuerint viri robustissimi. 2. quod erant pugnatōres. 3. quod tenuerint clypeum, crucem in memoria. 4. quod hastam habuerint qua apertum est latus Christi dolorum Virginis Mariæ recordatione. 5. quod velut leones confidentia remunerationis Diuinæ robusti fuerint. 6. quod veloces ad Martyrium ierint. *A pag. 224. col. 2. ad 226. col. 1.*

* GUILLELMI PARISIENSIS sermo de S. Mauritio & sociis eius martyribus in illud. *sancti per fidem vicerunt regna* Hebr. II. Tangitur hæc martyrum de quibus agimus. I. Nobilitas triumphi, dum non vnum militem & ciuitatem, sed plura regna vicerunt; regnum sc. mundi, iniquis tyranni iustionibus acquiescere nolendo: dæmonum, vitiiis, concupiscentiæ carnis, oculorum,